



8  
255



zu 005

O. i. 840 (1-101).

THESES  
EX TIT. FF. ET  
C. DE PIGNORATITIA  
ACTIONE DESUMPTAE.

QVAS FAVENTE DIVINI NUMINIS  
GRATIA, PRAESIDIBVS CLARISS. CONSULTISS.  
viris, D. Ioanne Michaëlis Cronenburgero, & D. Ioan-  
ne Hollandt, SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco, in cele-  
berrimo florentissima apud Coloninenses Academiae  
Iuris Collegio, pro recepto more, & lauda-  
bili consuetudine, publicè disputan-  
das proponit, & tuebitur.

IOHANNES GOEBELIVS  
ERNSTANVS.

*Anno reparatae salutis CI<sup>o</sup>. ID. LXXXXI.  
XVII. Octobris.*



COLONIAE AGRIPPINAE  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

Pp

## CONTINUATIO.

**P**rimo superiori habita disputatione species obligationum quae re, unius tantum gratia contrahitur examinata sit, recto nunc, & iusto ordine ei, haec pignoratitia actio, ex eodem fonte obligationum hausta (a) subnectitur; quae tam ratione creditoris, quo magis in tuto ei sit creditum, quam debitoris; quo ei facilius pecunia credatur, constituitur. (b)

(a) textus in §. fin. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. & ibi glos. & Dd. (b) d. §. fin. vers. sed quia. Oldend. clas. 3. actio. 12. VVesenb. d. §. fin. nu. 1. & in parat. h. tit. nu. 6.

## THESIS I.

**P**ignus à pugno sic dictum (a) est res mobilis (b) vel immobilis, (c) quam habet creditor à debitore, ut saluum sit ei creditum, (d) duasque producens actiones, pignoratitiam directam quae debitori, & contrariam, quae creditori conceditur. (e)

(a) l. plebs 238. §. pignus & ibi Alciat. nu. 1. de verb. sig. VVesenb. in §. contra autem Inst. quib. alie. lic. nu. 2. idem in parat. h. t. nu. 1. Schneid. d. §. fin. nu. 2. Donell. in tract. de pig. cap. 2. in prin. (b) l. si rem, 9. §. 1. ff. h. t. §. item seruiana vers. nam pignoris Inst. de actio. Schneid. d. loco. (c) l. si conuenerit, 18. §. si fundus pignoratus, l. creditor, 15. ff. h. t. l. cum te. 4. C. h. t. l. 1. §. cum praedium, ff. de pign. l. res hypothecae 3. ff. d. tit. gloss. not. in l. si fundus §. in vendicatione. de pigno. Marant. part. 4. dist. 3. nu. 60. VVesenb. h. t. nu. 1. & 5. Alci. d. loco, nu. 2. (d) d. §. fin. & ibi Dd. (e) l. 6. & 10. C. h. t. l. tutor §. contrariam ff. h. t. Azo in sum. C. cod. nu. 1. Zac. §. actionum Inst. de actio. Marant. d. loco.

### II.

Directa pignoratitia, est actio personalis (a) bonae fidei (b) civilis (c) competens aduersus creditorem debitori ad pignus repetendum quodque sua interest, modo ipsi satisfactum constet. (d)

(a) l. secundum. fin. C. de distact. pig. Bart. in l. pignoris, C. de pigno. & in l. si tibi §. de pignore ff. de pactis. Marant. d. lo. Bald. in cap. 1. in fin. in vlib. feud. tit. de feud. dato in vim, l. commis. Negus. in tract. de pig. 2. memb. 7. part. nu. 2. (b) text. in §. actionum Inst. de actio. Zac. ibi nu. 7. (c) arg. l. 2. §. deinde de orig. iur. Specul. tit. de pig. num. 2. Old. clas. 3. act. 12. in princ. (d) §. vlt. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. l. si rem, 9. §. omnis, l. debitor, 40. §. fin. ff. h. t. l. cum te, 4. in fi. C. de pigno.

### III.

Satisfactum accipimus quemadmodum voluit creditor licet solutum non sit: siue enim alijs pignoribus sibi cauere voluit, ut ab hoc recedat, siue fideiussoribus, siue reo dato, siue precio aliquo, vel nuda conuentione, nascitur pignoratitia actio, (a) & generaliter quoties creditor recessit à pignore, si ut ipse voluit sibi cauit, videtur sibi satisfactum: licet in hoc sua facilitate deceptus sit. (b)

(a) d. §. omnis, l. §. satisfactio, ff. de verb. oblig. l. 1. ff. qui satisd. cog. Bart. in d. l. si re Myns. in d. §. actionum nu. 68. Spec. pulch. in tit. de oblig. & solut. §. 2. vers. quid si lata. Co. stal. in d. §. omnis Schneid. d. §. vlt. Francif. Bald. de pigno. cap. 20. Hugo Doncl. cod. tract. cap. 14.

cap. 14. (b) arg. l. si quasi ff. h. t. l. & eleganter, 7. in prin. ff. de dolo, l. sub prætectu, C. de transf. act. l. tres fratres 35. ff. de pact. Old. d. loco.

#### IIII.

Datur autem hac actio non tantum si vera huiusmodi creditori facta sit solutio: sed etiam si actualis debiti in iudicio fiat oblatio, (a) vel etiam depositio & consignatio extra iudicium, (b) istis namq; casibus, cum per creditorem stet, quo minus ei solvatur, perinde est ac si soluisset. (c)

(a) l. si rem alienam, 9. §. fin. l. aliena res, §. si per creditorem, ff. h. t. l. nec creditores 9. in fin. C. h. t. l. creditor 20. C. de pigno. l. fin. C. de luit. pig. l. inuicem, 12. C. de compens. l. ait prætor 6. §. 1. ff. de mino. l. acceptam, 19. in prin. C. de vsur. l. qui decem 72. vers. idem respons. de solut. l. seruus si hæredi in fin. ff. de statu lib. Barto. in l. prætor §. si quis paratus ff. de noui. oper. nunt. & in d. l. acceptam, vers. venio ad quæstionem. Paul. de Castr. in d. l. si rem alienam, nu. 8. & ibi Costal. (b) l. ob signatione, 9. C. de solut. l. 1. §. satisfatione autem ff. de pos. l. qui mutuam, 56. §. fideiussor, ff. mandati d. l. nec creditores, l. debitor, ff. de vsur. (c) Bald. de pigno. cap. 20. Negus. cod. tracta. 2. memb. 7. part. nu. 22. Donell. ibidem cap. 14. in princ.

#### V.

Porro an verò creditori, vel alteri, eo consentiente pecunia soluta sit, nihil obstat, quo minus pignoris nexus solvatur, (a) ita ut vterq; huic actioni subiaceat, (b) quod tamen in singularibus successoribus dicendum non est. Quare si fideiussor debitoris creditori soluat, non contra talem debitor hanc sed mandati habebit actionem. (c)

(a) l. solutum 11. §. solutam & ibi Paul. de Castr. nu. 2. l. debitor 40. §. vlt. ff. h. t. l. grege 13. §. cum pignori ff. de pigno. l. 1. C. si pig. pig. dat. Salice. Castrenf. & glo. in d. l. debitor. Bart. in l. petenti ff. h. t. (b) propter l. pignoris 18. C. de pigno. l. pignoris 17. ff. cod. tit. l. quauis 8. l. debitorem 15. C. cod. tit. glo. in l. grege, §. 1. vers. pignus quoque perimitur ff. de pig. & ibi pulch. Costal. Negus. de pigno. 2. memb. 7. part. num. 4. Hugo Donel. cod. tract. cap. 8. Mudæus l. res hypothecæ nu. 18. de pignorib. (c) l. 2. ff. de pigno. l. creditor 7. de distract. pig. gloss. in d. l. 2. Sichard. in rubri. C. h. t. nu. 8. Negus. d. loco nu. 15.

#### VI.

Occasione predictarum hic queri solet, an solutio vel oblatio reprobæ pecuniæ à recipiente approbata, ius pignoris cessare faciat gignatq; debitori pignoratitiam hanc actionem? quod nego (a) etiam si pro legitimis eas creditor exposuerit. (b)

(a) l. eleganter 24. §. qui reprobos & ibi Costal. & Dd. communiter ff. h. t. l. 1. §. si res, ff. de positi, l. qui sibi 33. §. item qui hominem, ff. de solut. l. 3. §. 1. ff. commod. l. si cum annum de solut. Azo in sum. C. h. t. nu. 3. & 4. Negus. d. loco nu. 18. (b) glof. Bart. & Costal. in d. l. eleganter, Schned. in princ. tit. quib. mod. re contrah. obl. Inst. nu. 33.

#### VII.

Competit itidem debitori hac actio si per creditorem compensari fructus cum sorte petat, & quod restat ei soluat. (a) In compensatione autem non tantum perceptorum, ratio, sed & percipiendorum habebitur: (b) item illius quod creditor à fure extraneo per actionem furti consecutus est, siue id duplum fuerit siue simplum. (c)

(a) l. 1. 2. C. h. t. l. 2. C. de pactis pig. l. 1. C. de distract. pig. l. si dominium 9. C. de pigno. & ibi Barto. & Dd. cum contra 6. ext. de pig. c. 1. de vsur. c. conquestus. cod. tit. Schned. in §. fin. Inst.

fin. Inst. quib. mod. re contrahi. obl. nu. 17. Gaill 2. obs. 3. n. 2. & 4. (b) l. 2. C. h. t. Schneid. d. 16.  
Paul. de Castro in l. creditor C. h. t. per l. quamuis, §. fin. ff. cod. (c) l. si pignore 22. & ibi  
Costal. ff. h. t. Neguf. d. loco nu. 14.

### VIII.

*Sed an pignus acceptum pro sorte, retineri quoque possit pro vsuris, nonnullos dubitasse inuenio; & affirmatiuam partem tenentium, iuri legibusque magis consentaneam existimo: (a) licet ea nudo pacto, & sic naturaliter tantum debeantur. (b)*

(a) l. solutum, II. §. si in sortem & ibi pulchrè Costal. ff. h. t. l. pignoribus 22. C. de vsur. & ibi Barto. l. per retentionem 4. C. cod. tit. l. grege 13. §. fin. ff. de pigno. l. Lucius Titius 18. ff. qui pot. in pig. habent. gloss. in l. cum debitor 8. ff. in quib. caus. pig. tacit. contrah. Paul. de Cast. in l. quamuis, h. t. Neguf. d. loco nu. 16. Baldi. cod. tract. cap. 10. (b) d. l. per retentionem. Costal. d. loco. idem in l. 1. §. pacto ff. de pignorib. idem Costal. in l. si non sortem 26. in prin. ff. de conditione in deb. gloss. in l. grege §. fin. vers. propter vsur. de pig. facit l. initio §. C. de pact. inter empto. contrarium tenet. Salicet. in d. l. solutum §. si in sortem. & Neguf. d. loco.

### IX.

*Quamuis dictum sit haecenus, non aliter hanc debitori competere actionem, quam legitima precedat solutio vel oblatio: attamen agens ante solutionem, si in iudicio debitum offerat; nihil quo minus res pignori obligatas, vna cum interesse consequatur, vetat. (a)*

(a) l. si rem alienam 9. §. qui ante, & ibi Bartol. Costal. h. t. Ias. ad l. si prius num. 18. ff. de nou. oper. nunt. Alex. cons. 27. vol. 1. Oldend. clas. 3. act. 12. Hostiens. in sum. lib. 3. de pig. nu. 9. Myns. §. actionum Instit. de actio. VVesenb. h. t. nu. 7. Neguf. d. loco nu. 12.

### X.

*Verum cum nouatio sit modus tollendi obligationis (a) queri solet, an ea inter debitorem & creditorem facta; hanc producat actionem? ego in voluntaria affirmatiuam, (b) in necessaria negatiuam defendere sententiam non verebor (c) modo ab initio aliter inter ipsos conuentum non fuerit. (d)*

(a) §. praeterea Instit. quib. mod. tollit. obligat. l. 1. & 2. ff. de Nouat. (b) tex. in l. solutum II. in prin. & ibi gloss. Barto. Bald. & communiter Dd. ff. h. t. Donel. cap. 14. in prin. tract. de pigno. l. nouatione 19. ff. de nouat. & ibi gloss. (c) per tex. in l. 1. C. de iud. l. aliam 30. de nouat. rationis diuersitatem, vide apud Neguf. in tract. de pig. 3. memb. 6. part. nu. 2. & Barto. in l. aliam ff. de nouat. Ias. in l. 1. C. de iud. in 4. col. vers. habes &c. (d) l. nouatio. 4. C. de fideiuf. l. vnica, C. etiam ob chyrog. pecu. pig. tener. pos.

### XI.

*Circa iam dicta ardua & multis ambagibus intricata questio viri solet, quanto, nimirum, temporis spatio iuri offerendi praescribatur? & quamuis non desinit summa auctoritatis viri, qui 30. vel 40. annorum affirmant spatio, (a) ego cum magis communi nunquam ei praescribi defendam. (b)*

(a) gloss. in l. cum notissimi §. eodem iure vers. opponere, C. de praescrip. 30. anno. & in l. pignori, vers. alieno, ff. de vsu cap. eadem in l. si rem §. omnis ff. h. t. Ias. in l. si mater. nu. 5. C. de institu. & substit. Bald. in d. l. cum notissimi in fin. Angel. in §. omnium nu. 54. in fin. Instit. de actio. (b) facit tex. in l. viam publicam ff. de via publi. l. 1. §. cum praedium ff. de pigno. Cynus in d. l. cum notissimi, §. sed cum illud, nu. 6. in fin. idem in l. nec creditores, nu. 2. C. h. t. tex. in l. pure §. fin. de dol. mal. excep. l. Paul. §. vlt. quib. mod. pig. sol. Barto. in d. l. cum

cum notissimi nu. 4. idem in l. pignori de vsucap. Salice. in l. si rem, §. omnis h. t. Zañ. in §. actionum Inst. de actio. nu. 66. Myns. ibidem num. 71. Costal. in l. 19. qui pot. in pig. hab. Andr. Gaill 2. obs. 18. nu. 4. cum seq. Oldend. clas. 3. act. 12. Specul. de præscriptio. vers. sed nunquid, nu. 27. Baldui. §. vlt. Inst. quib. mod. re contrah. obl.

## XII.

*Idem tamen in præscriptione actionis pignoratitia sentire caueas cum ad eam 30. annorum spatium præscribendam sufficere leges voluerint, (a) qua tamen præscriptio in tantum non obstat, quin pignus datum, actione rei vindicatoria debitor repetat. (b)*

(a) l. sicut, C. de præscrip. 30. vel 40. anno. l. neque, C. quib. non obicit. long. temp. præscrip. arg. l. 2. C. de constit. pecu. gloss. in l. nec creditores, C. h. t. ibi Bald. & Salice. pulch. Bart. in l. 1. in fin. C. de annal. excep. gloss. in l. vsucapio 7. C. de pigno. Ias. in l. licet. C. de iur. delibe. col. 2. Sichard. in rub. C. h. t. nu. 8. Costal. in l. 1. ff. de pigno. Neguf. de pigno. 2. memb. 6. part. nu. 19. idem in l. memb. 7. part. nu. 6. Baldui. eod. tract. cap. 20. in fin. Gaill d. loco nu. 12. (b) gloss. in l. 1. §. 1. vers. pro socio, C. de annal. except. & ibi Ang. post Cynum gloss. in d. l. nec creditores vers. dominium. Angel. in §. actionum Inst. de actio.

## XIII.

*Sed ne aliquod creditor ex mora debitoris damnum patiat, summa equitate ei in hoc leges prospexerunt, dum vna cum pignore fructus non durabiles sibi distrahere licere concesserunt, modo ab initio hoc inter eos actum sit, (a) si nihil tunc vna interpellatione facta (modo conuentio de non alienando abfuerit, quo casu trina requiritur (b) denunciatio) rectè alienantur. (c)*

(a) l. si conuenerit 4. in prin. ff. h. t. Bald. in l. prædia ad fin. C. de fideicom. idem in l. 1. in prin. C. h. t. (b) d. l. si conuenerit in fin. gloss. in clement. 1. de vita & honest. clerico, l. 2. & l. si in hoc, C. de distract. pig. Costal. in d. l. si conuenerit. Oldend. clas. 3. act. 13. gloss. in l. si is qui 75. de furt. Vvesenb. in §. contra autè & ibi Schned. & Lodoui. Beb. Inst. quib. aliena. licet. & Neguf. de pigno. 4. part. nu. 42. (c) l. vlt. §. sin autem. C. de iur. dom. imp. & ibi gloss. l. Titia. 89. §. vsuras, ff. de leg. 2. l. creditor hypothecas 4. C. de distract. pigno. Costal. d. loco. Oldend. d. loco. Cuiac. lib. 5. cap. 31.

## XIV.

*Vnde, cum tali pro se introducto fauori renunciari vtilitas publica non patiat, (a) si minoris quam sibi debetur vendiderit in residuum agere permittitur, (b) si pluri id quod debitum excedit, in restitutionem venit. (c)*

(a) gloss. & Bart. in d. l. si conuenerit. Schned. d. loco. Ang. Aret. in §. 1. Inst. quib. alien. lic. vers. vnum præ cæteris, idem in §. fin. Inst. quib. mod. re contrah. obl. in prin. Sichard. in rub. C. h. t. nu. 3. Costal. in d. l. si conuenerit. Neguf. 6. part. nu. 3. Hieron. Cagnol. in l. fructus, de reg. iur. Modern. de Fano de pigno. 6. part. princ. nu. 217. (b) l. 1. C. de pigno l. aduersus, C. de actio. & obligat. l. creditor, ff. si cert. petat. l. si per mutua. C. d. tit. (c) l. quavis, §. si creditor, ff. h. t. & ibi Costal. quod in pignore iudiciali non procedit, in quo res pro vniuerso debito adiudicatur, l. à diuo Pio, §. si pignora, de re Iud. Costal. in l. 1. ff. h. tit. Schned. d. loco num 5.

## XV.

*Ceterum si alicui ea conditione pignus datum sit, vt nisi certo ac determinato tempore pecunias debitor soluerit, creditori illud distrahere liceat: an si elapso termino solutionis, debitor*

*debitor offerens pecuniam, impediatur venditionem sibiq; hanc pignoratitiam acquirat actionem? ego affirmatiuam partem amplectendam existimo. (a)*

(a) tex. in l. mancipiorum, 6 ff. de opt. vel elect. legato. arg. l. 3. C. de pigno. l. sicut §. penult. ff. quib. mod. pig. sol. Specul. lib. 2. part. 2. de lit. contest. num. 14. ver. item si tibi rem. Decius in l. fructus, & ibi Cagnol. nu. 4. ff. de reg. iur. Costal. in l. si conuenerit, h. t. Neguf. 2. memb. 7. part. nu. 14.

### XVI.

*Porro creditor hac actione victus non tantum pignus acceptum red dere tenetur, verum etiam de dolo debitori repromittere cogitur, atque eo in statu intrinseco prestare in quo fuit tempore pignorationis. veniunt namque in hac actione dolus, lata & leuis culpa seu custodia non item leuissima, sufficit enim vt tanquam diligens paterfamilias in eo versatus sit. (a)*

(a) l. cum venderet 13. in fin. cum l. seq. 14. & 15. ff. h. t. l. praetor §. est praeterea, ff. de bon. aucto. iud. possid. l. 2. C. h. t. l. 3. §. 1. ff. commod. l. sicut vim 19. C. de pig. & ibi gloss. in verb. custodiam tex. in §. fin. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. & tbi Angel. Mynf. nu. 11. Kling. Schneid. ibidem nu. 19. tex. in l. contractus 23. & ibi Cagnol. ff. de reg. iur. nu. 44. Hostient. in sum. lib. 3. de pig. nu. 3. Oldend. clas. 3. act. 12. Sichard. in rub. C. h. t. num. 11. Bald. de pig. cap. 21. in fin. V. Velsenb. h. t. num. 7. Azo in sum. C. h. t. num. 18. Neguf. de pig. in 3. memb. 7. part. num. 5.

### XVII.

*Vnde si faenerator, minus res pignoras excussit, à tineisq; praeseruaui, in leui culpa est, & consequenter de tali damno dato debitori tenetur. (a)*

(a) Decius in d. l. contractus per l. praetor ait, §. est praeterea ff. de bon. aucto. iud. possid. gloss. pulchre in l. 1. ff. h. t. dicit hoc non procedere in pignore iudiciali in quo tantum dolus & lata culpa considerantur, idem Hiero. Cagnol. in d. l. contractus nu. 44. Modern. de Fano in tractat. de pigno. in 3. part. prin. nu. 59. Idem late in 7. part. 3. memb. nu. 5.

### XVIII.

*Sed an si pignus incendio flagratum, aut furto sublatum sit, debitori hoc agendi ius statim extinguatur dubitasse nonnullos inuenio? & non extingui, nisi culpa vacere se creditor probauerit, didici. (a)*

(a) ratio, quia isti casus inter fortuitos non connumerantur sed culpam habent annexam, l. 3. §. 1. de praef. vigil. Costal. in l. 1. d. tit. l. si vendita de pericul. & commod. rei vend. Mynf. §. vlt. Instit. quib. mod. re contrah. oblig. nu. 12. Schneid. §. item is cui nu. 15. Inst. eod. tit. Salicet. in l. qua forruitis, §. C. h. t. Alex. conf. 74. nu. 4. & n. 9. vol. 6. de furto habes tex. in l. cum duobus §. 2. damna & ibi Costal. ff. pro socio. And. Gaill. 2. obs. 22. nu. 1. Contrarium Zas. in l. si quis ex argentarijs §. fin. ff. de edend.

### XIX.

*Hinc sumpta occasione queri solet, vter actor nimirum, vel reus, casum, dolum aut culpam probare debeat? & alleganti manifestis rationibus rei amissionem incumbit probatio, (a) nisi appareat rem ad ipsum qui conuenitur non peruenisse, quo casu praestito iuramento liberatur, (b) in occultis vero per coniecturas docere sufficit. (c)*

(a) ttx. in l. si creditor 4. C. h. t. & ibi gloss. Salicet. Paul. de Cast. au. 1. l. fin. C. de proba. l. publicati 2. C. de testam. l. testium 14. in fin. & ibi gloss. de testib. l. si quis fundum, 9. §. imperator



perator ff locat. l. 6. §. fin. de edend. l. fin. C. de custod. reo. l. quoties §. qui dolo, ff de prob. Angel. in d. §. fin. Inst. quib. mod. re contrah. obl. & ibi Lodo. Bebio. V Vesemb. n. 3. Specu. tit. de pigno nu. 17. (b) l. prator §. sed etsi seruus ff de edend. l. fin. §. licentia dada, C. de iur. delib. Paul. de Castro d. loco nu. 4. & in l. cum lege de probat. (c) l. non omnes, §. à barbaris, ff. de re militari. Ioan. Fab. in d. §. ult. nu. 1. Lodo. Bebio. d. loco. Specul. vbi supra vers. sed qualiter nu. 15. & 16. idem in tit. de furtis nu. 24 & 25. Paul. de Castro d. loco.

### XX.

*Atque hæc de directa breuiter dicta sufficiant. Contraria est, que creditori aduersus debitorem conceditur, si aut in conuentione pignoris deceptus sit, aut quid damni sumptusve eius gratia fecit, siue in quibus casibus æquitas suadet indemnè creditore præstari. (a)*

(a) l. tutor, §. contrariam, ff. h. t. l. si seruus 25. l. cum debitore cod. tit. V Ves. nu. 8. h. tit. Negul. de pig. 3. memb. 7. part. nu. 13. & 12. Azo in sum. C. h. t. num. 20. Sichard. in rubri. C. h. t. nu. 11. tex. in l. pater, §. fundum à fil. o de leg. 3. Oldend. clas. 3. act. 13. in prin. text. in l. si seruus 31. ff. h. tit.

### XXI.

*Quare si debitor rem alienam oppignorauit, (a) vel as pro auro, quo casu & stellionatus punitur crimine, (b) vel si in quantitate res data, debito non correspondeat, (c) vel alteri oppignoratam, rem dederit (d) huic contraria subiacebit actioni, modo iam dicta impedimenta ab initio perspecta non habeat. (e)*

(a) l. si rem alienam, 9. in prin. l. cum debitore 32. ff. h. r. Oldend. d. loco. (b) l. 1. in fin. d. l. tutor, 16. §. contrariam & ibi Bart. Bald. Salic. ff. h. t. l. si quis in pignore 36. cod. tit. l. penult. de crimi. stellio. glos. in d. l. 1. (c) l. qui autè 14. ff. de const. pecu. de pigno. nu. 5. quod non procedit in pratorio pignore, sed in iudiciali tantum, glos. in d. l. 1. & ibi Costal. per l. à Diuo §. si pignora ff. de re iudicat. (d) Spec. d. loco. Negul. de pigno. 3. memb. 7. part. nu. 19. (e) d. l. tutor §. contrariam glos. in d. l. 1. Old. d. loco in princ. Costal. in l. rem alienam 41. h. tit.

### XXII.

*Occurrit hic minimè prætereundum, inter Dd. dubium, nimirum; quãdo creditor agit contraria pignoratitia contra debitorem, ex eo quod res aliena fuit sibi pignori data, ad quid agere debeat? & ad interesse (a) agendum, licet hoc quidam nolint (b) existimo.*

(a) glos. in l. cum debitore per l. 1. C. eti. ob chyrog. pec. ret. lic. & per l. per retentionem, C. de vsur. Barto. & Salicet. pulchrè in d. l. cum debitore. Negul. d. loco nu. 20. quem vide ad longum, (b) vt refert glos. d. loco qui putant agendum ad aliud æquè bonum pignus constituendum, nec proderit ei retentio, l. 25. ff. de pig. & ibi glos. nota. nisi res talis ad ipsum postea perueniat, l. 1. & ibi glos. §. 1. de pig.

### XXIII.

*Quid verò ad impensas attinet; in necessarijs absque ambiguitate procedit, (a) in vtilibus si de expressa vel tacita debitoris voluntate constet, (b) ne tamen quisquam eorum in hoc damno aliquo afficiatur, iudex suum interponet officium. (c)*

(a) l. si necessarias 8. & ibi glos. & Dd. communiter, ff. h. t. l. in summa 6. C. de pigno. l. si vt certo loco, §. custodiam, ff. commod. l. Iulianus §. prælia de act. emp. l. 1. C. de fruct. & lit. exp. l. fructus in princ. sol. mari. l. si seruus 25. ff. h. t. l. 1. de pig. glos. in c. 1. ext. de vsur. vers. deductis expensis. Oldend. clas. 3. act. 13. (b) l. creditor 2. in fin. C. h. t. l. fin. de fund. dota. d. l. si seruus in fin. Cantuunc. in §. vit. Inst. quibus mod. re contrah. obl. Sichard. in rub. C. h. t. nu.

t. nu. 11. (c) d. l. si seruus, & ibi Costal. Cant. d. loco. Old. d. loco. Hostiens. de pigno. nu. 9. quod verum in conuentionale non item prætorio. Paul. de Cast. in d. l. si seruus, quid in eo seruandum dicit, l. prætor §. ex his de bon. aucto. iud. poss.

#### XXIV.

*Circa iam dicta aliud quæri solet, an si creditor hypothecaria consistat contra extraneum, necesse habeat rem oppignoratam obligationis tempore in bonis debitoris fuisse, probare? affirmatiuè si contra titulo possidentem, (a) negatiuè si contra nullum tuulum habentem agatur, (b) cum Costalio concludo.*

(a) Costalio in l. rem alienam 4. ff. h. t. per l. & quæ nondum §. quod dicitur, l. si superatus 3. ff. de pig. Specul. tit. de pigno. nu. 12. glo. in l. 1. in verb. difficilius de pig. decis. 383. conf. Neapol. Soci. conf. 134. col. 1. vol. 1. Paul. de Cast. conf. 168. 2. vol. Marant. in specul. suo aur. part. 4. distinct. 3. num. 59. (b) vbi quasi dominium probare sufficit. Costal. d. loco per rex. in l. si ab eo. 18. de pign. Costal. in d. l. si superatus arg. c. cū olim de caus. posses. & propri. arg. c. quærelam de electio. & hæc in speciali obligatione tantum procedunt, d. §. quod dicitur: in generali secus est. Costal. in d. l. rem alienam per l. & quæ nondum §. 1. de pign.

#### XXV.

*Finem hæc faciat quæstio: an si res cuius possessionem pro soluto naclus est creditor, eui-cta sit; ei hæc contraria competat pignoratitia aduersus debitorem? quod nego, sed quasi ex vendito aget. (a)*

(a) tex. expressus in l. si prædium, 4. C. de euictio. l. si plus antep. §. 1. ff. de euict. l. eleganter in princ. 24. ff. h. t. glof. in d. l. si prædium. Paul. de Castro in d. l. eleganter in princip. num. 1.

## COROLLARIA.

### I.

*Inuitus creditor pignus pro debito suscipere non cogitur. (a)*

(a) tex. in l. 1. & ibi glof. Bald. Salicet. C. de pigno l. creditor ff. si certum petat. l. si pro mutua. C. d. r. Old. class. 3. act. 12. Donel. tract. de pigno. cap. 1. in prin.

### II.

*Pignus datum ob turpem causam rectè repetitur. (a)*

(a) l. 2. C. de condict. ob turp. caus. & ibi glof. & Bart. Costal. contrarium. Alex. in rubr. C. de cond. ob turp. caus. nu. 2.

### III.

*Pactum legis commissoria in pignoribus improbat. (a)*

(a) l. 1. in fin. C. de pact. pig. gloss. Bart. Salicet. ibidem. Hostiens. lib. 3. de pig. n. 4. Richard. in l. pactum 3. C. h. t. Costal. in l. Titius 34. & ibi Bart. ff. h. t. Schned. §. fin. nu. 6. Inst. quib. alie. lic. vel non. nisi datum sit, ita vt iusto precio ei sit emptum pignus. Costal. d. loc. & c.

153255

AB: 153255


(X2203998)

K



*De legibus et constitutionibus Imperatorum*





THESES  
DE TIT. FF. ET  
DE PIGNORATITIA  
IN ACTIONE DESUMPTAE.

AVENTE DIVINI NUMINIS  
PRAESIDIBVS CLARISS. CONSULTISS.  
Joanne Michaëlis Cronenburgero, & D. Ioan-  
ndt, SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco, in cele-  
berrimæ apud Coloninenses Academiae  
Magis Collegio, pro recepto more, & lauda-  
bili consuetudine, publicè disputan-  
das proponit, & tuebitur.

JOHANNES GOEBELIVS  
ERNSTANVS.

pro reparata salutis CIV. MD. LXXXVI.  
XVII. Octobris.



COLONIAE AGRIPPINAE Pp  
CVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

